

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipue desumpta

**Puente, Luis de la
Coloniæ Agrippinæ, 1625**

§. 2. Vocatio ex electione aliorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39637

§. 2. Vocatio ex electione aliorum.

TERTIA via, qua Deus Dominus noster voluntatem suam in ijs electiōnibus manifestat, est, inspirando & permouendo efficaciter cor Elec-torum, ad quos spectabat propicere de hominibus, ad huiusmodi dignitates & officia: ut eos eligant, quos ipse Dominus eligi decreuit: ipsis eligendis nihil tale ambientibus, sed potius eas fugientibus. Admiranda itaque prouidentia, hinc electis suis inspirat, ut officia talia fugiant: indeverò inspirat Electoribus, ut ea illis tradant: ita rem totam dirigendo, ut fiat, quod Deus vult, per ea media, quae homines minime cogitant.

3.
Electio.Omnia
sunt diri-
gente Deo.

Quod supremum Dei consilium fuisus statui declarandum, ad consolationem aliquorum in seculo viuentium, aut in Religionē, qui conqueruntur, quod videant, si quasi in angulo aliquo relictos, & quorum non esset memoria: cū videant alios ad has dignitates & officia promoveriper media, ambitione & astuti ipsorum adhibita. Et quamvis haec quærela solent esse indicium exiguae humilitatis, & animi demissionis: sed ex ea etiam parte, qua sunt modicæ fidei & fiduciae de diuina prouidentia, absque dubio cessarent, si serid intelligerent, omnes huiusmodi electiones non casu aliquo: sed consilio ac directione magni nostri Dei euenire: in cuius a manib[us] (hunc dixit David) sunt sortes noſira, hoc est prosperi & aduersi vitæ nostræ euentus. Ita ut ex diuina ordinatione & dilectione euemiat nobis sors prospera & aduersa; status sublimis, & humiliis; Officiū honoratum, & abiectum. Quod adeò certum est: ut, licet huiusmodi dignitates & officia, tam Ecclesiastica quam laicaria, forte prouiderentur: (qua re nihil est in mundo magis casuale & incertum) in ordine tamen ad prouidentiam diuinam non eueminent casu, sed certo consilio. Nam (ut Salomon ait) b[ea]tæ sortes mutuantur in finum, sed à Domino temperantur: & in eum sortis incidit, cui Deus vult euenire. Cuius rei sufficientia sunt in sacra Scriptura testimonia: nam secretam Saulis in Regem Israel electionem, quam ipse fecerat, voluit fortibus manifestari, & in eum incidere: & idem euenit in electione S. Matthiæ, in Apostolatum, quia d[icit] cecidit fors super illum: quod non propterea refero, quod existimem licitum esse fortibus vti, nisi in casibus, quos S. Thomas, & alijs Doctores exprimunt: sed vt intelligatur, quando illæ in aliquorum officiorum Reipubl. electione mittuntur, Deum elie, qui illas dirigat. Ac propterea in eius manibus esse, iuriu[m]odi electiones, & a Iua prouidentia temp[er] euenire. Præterea in manibus Dei sunt omnium hominum voluntates, quoru est, hæc officia distribuere: & licet in horrordæ & pertinaces, potest tamen illas impellere, & ad id, quod ipse voluerit, inclinare: efficiens, ut suffragium tuum ei dent, quem ipse in æterna sua dispositione elegit. Hoc voluit significare Sapiens cum

a Psa. 30. 16.

Sortes a Deo
temperan-
tur.

b Pro. 17. 33.

c 1. Reg. 10.

20.

d Act. 1. 26.

2. 2. q. 95.

aixit:

Pro 21.1.
Plumina &
nubes regit
Deus.

Error electio-
nis ob pec-
cata nostra.

1.
Cor omnis
homini in
manu Dei.
S. Ambro-
sius.

2.
4 Reg. 9.16.
Iehu.

dixit: ec cor regis in manu Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud: hoc est quemadmodum in manu Dei sunt divisiones aquarum terræ & cœli, vt quocunque voluerit, eas distribuat, efficiendo per suam prouidentiam, vt flumina ad hanc vel ad alteram partem fluant; & nubes in hoc vel illo loco pluant: ita etiam in manu & potestate Dei est cor & voluntas Regis, quæ est tanquam fluvius aut nubes, in qua collectæ sunt gratiae, fauores, dignitates, & officia, quæ subditis suis pro libitu distribuit: & quamvis pro libitu suo ea distribuat, quia est Dominus sue voluntatis, tamē voluntas hæc est in manibus Dei, & eius prouidentia mouetur, vt velit in hac distributione, quod Deus ipse vult. Et quando permittit eum errare, maleque distribuere huiusmodi res, etiam hæc est prouidentia Dei qua punit peccata. Et quando illud vult, statim hoc impedit, & vertit in bonum suorum electorum. Si igitur cor Regum, qui solent esse alias voluntati suæ valde addicti, est in manibus Dei, & ipsius dispositione mouetur, vt dictum est, ad officia sui regni distribuenda: etiam erunt in benedictione eius manibus corda Pontificum & Prælatorum, quando beneficia distribuunt; & studiosorum, quando suffragias sua ferunt ad cathedras; & collegialium ac communitatam, cum agunt de electione aliquarum personarum: & Deus poterit illos inclinare, quocunque voluerit, ita suauiter & efficaciter, vt lequentes illi propriam inclinationem, deseruant æternae ciuii dispositioni. Quis non admiretur id, quod in electione S. Ambrosij in Episcopum Mediolanensem euenit acceptum enim Deus vocem vniuersi pueruli dicentis, *Ambrosius Episcopus*, ut sic innumeræ voluntates, valde discordes in illum conuenirent: permouit enim populi in factiones diuisi, corda, vt omnes vna peterent Ambrosium Episcopum, quia Deus decreuerat illum esse.

Si d' admirabilius adhuc est, quod sacra Scriptuta refert, de Duce illo Iehu, qui erat in campo cum alijs ducibus, & militibus, & ministris iniqui Regis Iordan. Eodem enim tempore vocauit eum unus de filiis Prophetarum militis ab Eliiseo, qui eum seorsim vocans, *vnxit in Regem*. Redeuntem autem Iehu ad socios, interrogarunt illi, *quid venit insanus iste ad te: qui ante nos ius hominem, & quid locutus es?* Iat illi responderunt, *falsum est*, sed magis narrabitis: qui dicit eis, *hic haec locutus est mihi, dicit Dominus: vnxix te Regem super Israël*. & in eodem momento permouit Deus, & mutauit voluntates omnium duorum & militum: & festinauerunt, & unusquisque tollens pallium suum, posuerunt sub pedibus eius, in similitudinem tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt regnum Iehu. O incomprehensibilia diuinæ prouidentiæ consilia! o ineffabilem celestis inspirationis efficacitatem! quis alias nisi ipse Deus, effice potuisse, vt integer exercitus ducum & militum, qui legitimum Regem habebant, fidem adhiberent vni duci & militi, ipsis alias pari, & absque

alte-

alterius testimonio, & ex solo ipsius verbo, quo dicebat, se fuisse electum Regem in Israël? quis eorum intelligentias mutare potuisset, ut crederent, eum esse Prophetam, quem paulo ante *in sanum* appellauerant; & verum iudicarent, quod paulo ante tanquam *falsum* damnauerant? quis illis persuaserat, quod Iehu illos non deciperet, & quod ipsius verba non essent ab ambitione excogitata, ut regnaret super illos? quis nouum illum *thrонum* regium extruendi modum, ita extempore illos docuit, ut pallia omnes depoñerent, & ad pedes eius subjecerent, qui ipsis erat aliaæ æqualis, & socius? hæc omnia sunt diuinæ Sapientiæ inuenta, eiusque omnipotentia manifesta testimonia, ut persuadeant nobis omnium hominum corda in ipsius esse manu; & regnum, dignitatum, & Officiorum distributionem: ut cui voluerit, ea tradat per quamcumque viam.

SED A D H V C vltterius progređit hæc suprema Dei prouidentia, qui ad eū sapiens & potens est, vt etiam in despēctum ipsorum hominum humiſmodi officia & dignitates pro libitu suo tradat cui voluerit: nam ipsa met illorum consilia, quæ ipsis adhibuerunt, ut ordinationi diuinæ resistenter, dirigit ipse ad sua exequenda: vt ex ijs, quæ suprà diximus de electio-
ne *Ioseph*, in vice-Regem Ægypti, constat. nam stratagemata & inuidia fra-
terna, via fuit & medium, quo diuina ordinatio vla est, vrid sequeretur,
quod ipse volebat: & cùm homines improba sua vota sequerentur, id p̄-
tabant, quod Deo esset vſi, vt eueniret quod volebat. Nam (vt S. Gregori-
us ait) ita Deus Dominus noster res hominum disponit, vt quædam *propiti-*
us concedat, alias permittat *tratus*. Ita tamen eas permittit, vt eisdem vtatur
ad consilia sua exequenda. Et miro quodam modo fit, vt quædam absque
ipsis Dei approbatione siant, quæ tamen non sint eiusdem consilio &
intentioni contraria: nam conuertens malum in bonum facit, vt, quod ipsius
diuino consilio repugnabat, ex vſu fit, vt executioni mandetur. quamobrē
dixit Sapiens, non esse sapientiam, non esse prudentiam, non esse consilium contra
Dominum, vt scilicet impediri possit, quod ipse faciendum decreuerit. Ex
quo etiam fit, quod si vere humiles, ad maiorem suam securitatem, huius-
modi officia refugiant, debeant meritum diuinæ prouidentiæ fidere: quod, si
ita illis expedit, sciet ac poterit ipse ea illis procurare per media, quæ illi
minus cogitant. Quod si non faciat, signum erit, id illis non expedire, & sic
optimè contenti esse possunt in inferiori loco, quem sibi eligunt, donec di-
cat illis Deus; *ascende superius*.

SED quia non omnes hanc doctrinam afféquentur, nec ad occulta diu-
niæ prouidentiæ pertingunt, magna hinc dubia accipiunt, & incidunt in
perplexitatem: nam primum, humiles & timentes Deum, etiamsi videant
electos, cùm nihil tale quæ fuerint: timent Officia illa acceptare, dubi-
tantes,

3.
*Ioseph.**Cap. 3.**Lib. 6. Mo-
rat. 6. 12.**Prost. 21. 30.*

*Alij anxie
fugiant.*

Ioan. 6. 15.

*Alij siemde
querunt
horas.*

tantes, an electio fuerit ex Dei inspiratione, qui ipsos voluerit eligi; an ei humana aliqua persuasione, quæ in electionem se immiscuit. Et esto inspiratio fuerit Dei: non sciant, an sit consilium eius misericordia, ad uitatem animarum ipsorum; an permissio irati Dei ad occulta ipsorum peccata punienda, aut ad remuneranda in hac vita aliqua obsequia ab ipsis perfita, qui postea sint ob suas alias culpas ab eterna gloria excludendi. Dubitant quoque an dotes habeant ad Officia illa sufficienes; & an Electores non sint decepti, existimantes eos esse sufficienes: quod si forte sufficientes dotes habeant, dubitant adhuc an fideliter sint illis usuri, constitui in occasione Status & Officij honorati. Ideoque sicut Christus D. N. cum cognouisset, quia ventura esset turba, ut raperet eum, & faceret Regem, *sicut in monte ipse solus*: ita ipsis, cum has electiones prævident, fugiunt & abscondunt se se, ne illas acceptent. Ex altera etiam parte exsurgunt dubia non levia in ijs, qui non volunt esse tam perfecti, ut huiusmodi studia ac desideria fugiant; sed potius Officia ipsa per media apta & licita procurare volunt; cernentes videlicet ipsis oculis, homines ut plurimum talia procura- te, & compotes voti fieri: alios quidem in fines & per media valde obliqua; alios verò per licita & iusta. Et qui nullam operam ponunt, ut ea asse- quantur, præcipue in Rep. saeculari, imo & in Ecclesiastica: eos remanere vacuos. Cum igitur prouidentia diuina industriam nostram non excludat, non volunt in ipsum Deum hanc curam coniucere, ut electorum voluntates permoueat; sed adhibere ipsis volunt media ad eas permouendas: quia eadem prouidentia diuina hac ipsorum opera & industria vtetur, ut fiat quod ipse vult. Hæc sunt dubia hominum timoratorum, à quibus se facile expedit, si in ijs, quæ obtinere procurant, aut acceptant, studuerint diuinam voluntatem cognoscere per media ordinaria, & quæ apta habentur ad eam cognoscendam, & usi sunt ad omnes Status: ea verò in proximo capite in- dicabuntur.

CAP V T VI.

*CONSULTATIONES IN FUNDAE AD COOPERA-
RANDUM PROUDENTIAE DEI, EIUSQUE VOLUNTATEM COGNOSCEN-
DAM IN ELECTORIBUS STATUS & OFFI-
CIORUM.*

TRA illa media in proximo capite indicata, ad voluntatem diuinam, eiusque prouidentiae confilia cognoscenda, et si certa sint eius indicia, non tamen ex usu esse possunt ad omnes Status & Officia Christianæ Reipubl. esset enim temerarium, hu-
iusmodi